Theologus ſic indiget Græcis litteris? Quantus iſte est Theo-
logus, quò ſublimis in hoc profundiſſima ſcientia?
Sane desidero, ut ipſius præclariſſimas laudes, iam
per totius Helvetiæ / [illegible] ſonora fama com-
pona promulgârit? Nec tamen vel minime in Græ-
cis est versatus. Verum esto ſit iſte vel ille
Theologus ſubtiliſſimus, ſit profundiſſimus, ſit ſub-
limiſſimus, ſed Theologus Scholaſticus: quomodo
id est Scholastici Theologi ſingularia principia
ſint ſacræ ſcripturæ Auctoritates, atque ſanctorum
Patrum teſtimonia; citet iam aliquis ex Græcis
Patribus Theophylactus, aut ex Græca ſacræ ſcri-
pturæ paraphraſi, quid ille ad hæc? Sed conceda-
mus, ſit omnibus numeris abſolutiſſimus Theologus
Scholaſticus, non tamen controverſiſta. Nunquid enim
eſſe ipſa Minerva ſcientia ſuperaret, Eccliæ Roma-
næ infeſtiſſimos hoſtes proſterneret. Oriatur enim
lis inter Catholicum Athanaſium et ſemiarianum
Ancyranum Baſilium, de voce ὁμοούσιον et ὁμοι-
ούσιον (proh Deum quanta hic latet hæreſis!)
Oriatur inquam interveniat aliquis lingua Græ-
cæ imperitus, ſimpliciùs Latinus, ſit iudex, quid
dicet, cui palmam tribuet? nulli certè certè nulli:
aptior enim aſinus ad lyram, quam ille ad dirimendam litem
vel ferendum iudicium. Dicat aliquis Calviniſta